

VETERIS TESTAMENTI.

93

Epistola supra laudata. Ad iunnam, inquit, illud dici poset, quod in Regno David Salomon, cum duodecim esset annorum, Regnum Patri obtrinerit: Et postea, quia Scriptura reliquit incerum, vicerit David regnante jam filio aliquot annos, qui sibi, & non Salomonis impinguentur. Mortuo autem Patre, post filius regnaverit annis quadraginta, quos sine parente regnavit. Atque ita & initium Regni Salomonis, & tempus quo solus ipse regnavit, ab Hieronymo demonstratum. Nec tamen omnes annos vita illius quinquaginta tantum & duorum annorum circulis contineri. Verum, cum Davidi quadraginta annos Scriptura tribuat, ejus annos immixtuere nefas est, ut Salomonis imputentur. Non est itaque probabilis illa conjectura, quam S. Hieronymus, inquirendo pouis, quam definiendo, profert.

Denique nullo solido fundamento nititur, quod ut certum supponunt Hebrei, & qui cum ipsis opinantur, Salomonem anno duodecimo etatis regnare cœpisse. Quod enim ait Scriptura Davidem paulo ante quam Regnum Salomonis deferret, de illo dixisse, i. Paralipomenon xxix. 1. Salomonem filium meum elegit Deus, adhuc puerum & tenellum, de tenera & delicata educatione, rerumque gerendarum inscrita, que in vi- gesimum annum cadit, non de puerili etate intelligentem est. Unde puer hic idem est quod juvenis. Sic Isaac, quando ad Sacrificium ductus est, Genesis xxi. 5. Iosephus cum fleti coram Pharaone, Genesis xl. 12. David pugnam cum Goliath Gigante conferturus, i. Regum xvii. 33. Absalom in Davidem perduellis, ducensque Exercitum ut ipsum opprimaret, ii. Regum xviii. 5. pueri vocantur; qui tamen singuli vicenarii longe maiores erant. Neque nullius momenti est Iosephi silentium, qui Salomonem nec duodecimo etatis anno regnare cœpisse, nec undecimo patrem extitisse scribit. Quanquam in numero annorum Salomonis toto celo Iosephus aberraverit, ut suo loco observabimus. Verio quidem Septuaginta Interpretum in MS. Alexandrino iii. Regum ii. 9. Salomonem in Throno David Patris sui sedisse habet, cum esset filius annorum duodecim: *deinde* i. *deinde*. Sed haec temporis nota cum absit ab Hebreo Textu, & ab aliis omnibus MSS. Versionis lxx. Interpretum, maxime Vaticano, à Latina Versione Vulgata, à Paraphrasi Chaldaica, & à Versione Syriaca, & Arabicā, penitus repudianda est.

S. Hieronymus, aliisque Auctores Ecclesiastici, Traditionem Hebreorum indiculsum fecuti sunt, E non autem ex propria sententia asserturunt Salomonem anno etatis duodecimo Regnum iniisse, & anno undecimo vel decimo Roboamum genuisse. Hypotheticē & ex aliena sententia locutum S. Hieronymus, verba ipsius probant. Si enim duodecimo anno Salomon super Israel accepit Imperium, & quadraginta annis regnavit in Ierusalem, filiusque eius Roboam, cum quadragesimum & primum annum ageret etatis, Patri succedit in Regnum; per speciem est undecim annorum fuisse Salomonem, sive decem, quia decem menses a conceptu usque ad partum Mater sibi vendicat. Et infra. In rebus obscuris, inquit, diversas ponimus opiniones: ut non tam scribere, quam loqui tibi coram videamus. Ceterum Apostolus interminabiles genealogias & Judaicas fabulas prohibet, de istiusmodi: mihi videtur interdicere Questionibus. Quid enim prodest barere in litera, & vel Scriptoris errore, vel amorum seriem calumniari, cum manu festissime legatur: Litera occidit, Spiritus autem vivificat? Relege omnes & Veteris & Novi Testamenti Libros: Et tantam amorum reperies

A dissoniam, & numerum inter Judam & Israel, id est, inter Regnum utrumque confusum: ut hujusmodi barere Questionibus non tam studiose, quam otiosi hominis esse videatur.

QUÆSTIO SECUNDA.

UTRUM SALOMON REGNI SUI
Exordia cede Adoniæ Fratris, & Abiatharis Sacerdotis exauctoratione, absque crimine funestaverit?

PROPOSITIO UNICA.

Salomon fratrem Adoniam justè capit is damnavit, Abiatharem Sacerdotem merito exauctoravit.

C P robatur prima pars Propositionis. Qui tyrranidem affectant, à Rege, aut supremo Principe morti addici possunt: Atqui tyrranidem affectabat Adonias, & Salomonem Regem legitimum è Solo deturbare moliebatur: Ipsum itaque Salomon justè morti addixit.

D Probatur Minor. Cum enim Betsabe pro eo ad Salomonem supplex accessisset, Abisag Sunamitidem, quæ Davidi conjuncta fuerat ut senem foveret, ipsi postulatura uxorem, compertum habuit Salomon ipsum res novas moliri, nec à priori conjurationis ambitioso consilio, quod vivente adhuc Davide foras eruperat, (iii. Regum 1.) destitisse. Unde Salomon Matri respondit, (iii. Regum 11. 12. 23. 24.) Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniam? Postula ei & Regnum: Ipse est enim frater meus major me, & habebat Abiathar Sacerdotem, & Joab filium Sarvia. (In more enim fuisse videtur apud Hebrewos, ut Regum Vidue nemini nisi Regi in Matrimonium darentur,) furavisse itaque Rex Salomon per Dominum, dicens: Hac faciat mihi Deus, & hac addat, quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc. Et nunc vivit Dominus, qui firmavit me, & collocavit me super Solum David Patris mei, & qui fecit mihi dominum, sicut locutus est, quia hodie occidetur Adonias. Atisque Rex Salomon per manus Banae filii Joiae, qui interfecit eum, & mortuus est.

F Secundo, Judicium illud capitale Salomonis in Adoniam fratrem Scriptura Sacra nullibi accusat vel improbat.

Tertio, Theodoretus illius æquitatem agnoscit Quæstione vii. in Librum iii. Regum. Diversa sunt (inquit) hominum vita genera. Nam alii quidem summan exercent Philosophiam: Alii autem virutes, que dicitur politica aut civilia: Alii vero Regiam aut Imperatoriam. Oportet ergo unumquemque dijudicare ex vita ratione quam sequitur. Non est itaque à Salomone exigenda Prophætica neque Apostolica Persepio: Sed ea quæ convenit Regibus. Sciebat autem ipsum Orniam (huc Adoniam) affectare tyrranidem. Conatus enim erat Regnum arripere. In priori ergo quod aggressus est audaci facinore ei ignoraverat, & salvum futurum cum promiserat, dummodo moleste se gereret. Postquam autem perii Patris conjugem, non ei quidem concessit